



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Cornelii Iansenii Episcopi Iprensis Avgvstinvs**

In quo hæreses & mores Pelagij contra naturæ humanæ sanitatem,  
ægritudinem & medicinam ex S. Augustino recensentur ac refutantur

**Jansenius, Cornelius**

**Lovanii, 1640**

8. De bonitate aliarum cupiditatum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13650**

pudentium istorum Cynicorum exorbitatio: quam eò usque progressuram subverebatur Augustinus, ut libidinem etiam corporibus à resurrectione gloriosis ascriberent, sicut hoc eorum principia postulare videbantur. *An istam,*

A interrogat quasi afferendo, *libidinem sic amatis Lib. 4. cont.*  
ut quomodo eam prius ante peccatum in paradiſo po- *Iul. c. 9.*  
lit, ita etiam resūscitatis corporibus ingeratis? De  
quo & supra nonnihil diximus.

## De bonitate aliarum cupiditatum.

## CAPUT OCTAVVM.

**N**E Q V E vero isti carnis libidini tan-  
tum, quam isto nomine usitatus vo-  
cant, sed omnibus omnino humanis  
affectionibus, quibus animus bonis à  
Deo creatis ac delectationibus inhiat parem  
laudem bonitatemq; tribuebant. Nam ut pro-  
baret Iulianus illam de qua egimus hacētus  
libidinem esse bonam, generaliter omnium  
sensuum voluntatem testem advocavit. Natu-  
ralem, inquit, esse omnium sensuum voluntatem te-  
stimonio universitatis docemur. Et mox etiam in  
paradiſo ante corruptam sermonē sacrilegio vo-  
luntatem illici cibitidinem ut Augustinus cum  
exponit, seu ut ipse Iulianus loquitur concipi-  
ficiantur sine ullis ambigibus vel ambi-

gitate confirmat que compomi, inquit, decoro  
oculis incitasset spem etiam iucundi irritavit sapientia.  
Hanc ipsam quod & supra attulimus affectionem  
naturalē & innocentem nuncupat, nec suo  
vitio, sed voluntatis occasionem, non causam,  
fuisse peccatum. Quam doctrinam & Caiſſianus *Lib. 7. c. 3.*  
in libris institutionum tradit. Quod si argu- *4. c. 5.*  
menta Pelagiana quæ supra de libidinis laude  
& bonitate recensimus ponderentur, omnia  
de quacunq; alia concupiscentia eandem pror-  
sus obtinent vim, et si de unica illa laudanda  
propter peccatum originale potissimum fatigant:  
ut in re manieſta comprobanda non sit  
operosior à nobis aribendus labor.

Indagantur causæ cur libidines velut naturaliter  
bonas commendarent.

## CAPUT NON V M.

**Q**VID vero Pelagianos moverit ut A libidinem seu concupiscentias tanta  
nervorum contentionē, verborumq;  
garrilitate laudarent operę precium  
est considerare.

Prima quidem eaque capitalis causa fuit, ut  
peccati originalis traductionem à parente in  
prolem funditus tollerent, ipsam traductionem  
succidendo radicem. Videbant enim non  
posse fieri ut tantum malum generatione tra-  
jiceretur in prolem quin aliquid in causa genera-  
tionis superesset mali. Quam suspicionem ut  
ab hominum animis removerent, omnia quæ  
in homine nascente & maxime baptizato sunt,  
bona esse & laude digna persuadere conati  
sunt. Augustinus: *Quam (carnis concupiſcen-  
tiam) curavimus à nuptialibus bonis tam proliza di-  
ſputatione distinguere propter novos hereticos, qm,*  
*cum bac reprehenditur, calumniantur, quasi nuptias  
reprehendamus: ut scilicet eam tanquam boiem na-  
turale landando, suum pestiferum dogma confirmant  
quæ afferunt prolem quæ per eam nascitur nullum  
trahere originate peccatum. Quæ disputatione tan-  
quam de summa rei tanta utrimque virium  
contentione incauit ut duodecim illa liberos  
Iuliani adversus Augustinum totidem vel plures  
Augustini in Iulianum quibus ejus proten-  
dit argumenta pepererit. Vnde idem Augustinus  
cum convicisset aliquid in Apostolo Paulio iam  
baptizato remansisse mali, quod pugnando  
comprimeretur. En, inquit, tota vestra causa im-  
pulsa, prostrata, contrita, & sicut pulvis quem proicit  
ventus a facie terra, sic à cordibus eorum quos deci-  
dere coeperas, si hæc voluerint deposito studio conten-*

*tione cogitare, projecta est. Et infra luculentius:  
Manet lex in membris, quia operatur desideria contra-  
qua dimicant & fideler. Hæc est quod funditus sub- *Ibid.*  
ruit heresim vestram. Quod usque adeo videtis & ti-  
metis, ut non aliter ex his Apostoli vocibus exire con-  
min, nisi quanta poresu contentione afficeretis &c.*  
Secunda causa quam libidinis patrocinio  
prætexebant hæc est, ut ab Apostolis & san-  
ctis viris injuriam propulsarent qua diceren-  
tur, ut ipse calumpniabatur, semper inmoderata *Lib. 1. ad*  
*libidine fuisse polluta, quasi impetum concupiſcen- *Bonif.**  
*tiarum ferre & libidine pollui unum idemque  
esse credendum sit. Hinc enim illa improba  
criminatio quod Augustinus Peccatum ob- *Iul. apud*  
*scenatus, apostolorum & sanctorum omnium con- *Aug. lib. 3.**  
*solarety iniurys, ac mentiretor tantas obſcaria cont. Iul.*  
*libidinis vires esse ut eam ratio regere ac frenare non  
possit, cum nee apostolorum legio repugnaverit.**

Tertia, ne Augustino credentes homines emen- *Iul. apud*  
dationis desperatione frangerentur, & recederent ab *Aug. lib. 1.*  
eruditione Christi, quasi ea præcipiens qua cōspicere per imperf.  
mortaliū natura non posset, quippe mala aggravata *cont. Iul.*  
congenit. Nam ut supra observatum est eorum *f. 166.*  
vox erat, ingenerata vita incredibile est posse confusa *Lib. 2. cont.*  
mi; itemque illa, si lex peccati in membris est in- *Iul. c. 1.*  
ferra naturaliter, sicut lex & cogens & naturale & *Lib. 1. oper.*  
nonquam recedens superari nescire à velinitate non pos- *imperf. cont.*  
test. Hinc & illud: Non esse aliam Augustini *Iul. f. 101.*  
intentionem quam ad inferendum virtutibus bel- *Lib. 3. cont.*  
lum in virtutum sacramenta turare, & ad excidium *Iul. ult.*  
civitatis Dei, omni astu, emulſore committi, adi- *Lib. oper.*  
scendo castitati desperatione, repugnantes turpitudini *imperf. f. 214.*  
territare. De quo late videndum est liber secun- *215. 216.*  
dus contra Iulianum operis imperfecti.